novisſimo die corpora noſtra ex ſepulchris revocabit, quod præſtito miraculo teſtari voluit. Quapropter cum omnis Chriſtianorum ſalus ab hujus articuli veritate ac certitudine (teſte Apoſtolo) dependeat: Is autem ex Evangelio prælecto dilucide posſit probari in noſtram conſolationem.

Johan: 5
Apo: 20
1. Cor: 15

I. *Miraculum ipſum, quomodo Chriſtus adoleſcentem demortuum vitæ reſtituerit.*

II. *Ipſius Effectum, quomodo populus Deum glorificaverit, perpendamus.*

DE PRIMO.

I. Notetur ad faciendum fidem hiſtoriæ. Tempus: *Et factũ eſt deinceps, &c.* ſc. poſtquam ſanaverat ſervum centurionis, ut liquet ex textu antecedenti.

V S V S.

Exemplo Christi & nos omnibus benefacere ſtudeamus, & quidem omni tempore.

II. Locus: *Nain*: quæ quatuor milliaribus diſtabat â Capernao, in tribu Iſaſchar, & fuit locus amænus, unde ipſi hoc nomen contigit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn332482561/269
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft